UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Athanasio Presbytero. 19.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

quam conuenit medicinam excogitare. Quoniam autem perpauci ſunt eiuſmodi homines, atque aliorum multitudine obteguntur, multorúmque inimicitiam ſibi conflare metuentes, lachrymas quidem profundunt, verùm nullum fortis ac ſtrenui animi facinus edunt, ob eam cauſam iiſdem, quibus illi, vitiis laborare exiſtimantur. Neque enim arbitreris velim, ô improborum odij delubrum, omnes in iiſdem vitiis verſari: verùm nonnullos eſſe qui Apoſtolicæ vitæ typum retineãt (quorum numerum ipſe quoque auges) in quorum gratiam aduerſus eos, qui peccant, nondum prolata eſt ſententia.

Agatho Presbytero. 18.

Diuiniſſimus Patris terminus ac ſermo, vir ſapientiſſime (citra proœmium enim ad interpretationem accedam) geſtit quippe animus quod animo concepi eloqui) ſi, vt illi aiunt, tempore poſterior eſt, ſempiternus non eſt: ſi autem ſempiternus, vt ipſi dicimus, haudquaquam tempore poſterior. Nihil enim diuinæ naturæ tam proprium ac peculiare eſt, nec quod expreſſiùs eam notet & inſigniat, quàm æternitas. Ac quidem ſplendoris vocabulum æternitatẽ indicat. character autem ſubſtãtiæ, ſubſtãtiam: Verbum item impaſſibilitatem, quódque ab omni corporea mole ſecretus ſit: Filius denique, proprietatem & conſub ſtantialitatem. Ex vnoquoque enim quod commodũ & vtile eſt, corrogantes, quod reliquum eſt, nec diuinæ naturæ cõuenit, valere iubemus. Etenim in rebus procreatis his duabus voculis, antè, &, poſt, ſit ſanè locus. At in veneranda, ſumméque regia Trinitate, primum, ac ſecundum, locum non habet. Diuinum quippe numen & numero & tempore ſublimius eſt.

Athanaſio Presbytero. 19.

Si Legiſlatorem nihil aliud præter literam dixiſſe Iudæus is exiſtimat, qui tecum rixatus eſt, his ad eum verbis vtere. Inſcitiam veſtram duo viri refutant, qui poſt

ἐπειδὴ δ' ὀλίγοι ὄντες κομιδῇ, τῷ πλήθει καλύπτονται, καὶ τὴν πολλῶν ἀπέχθειαν δεδιότες, δακρύουσι μὲν, γενναῖον δ' οὐδὲν, οὐδὲ νεανικὸν ἐπιδείκνυνται. διὰ τοῦτο τὰ αὐτὰ ἐκείνοις νοσεῖν ὑποπτεύονται. μὴ γὰρ δὴ πάντας, ὦ μισοπονηρίας τέμενος, ἡγοῦ τοιούτοις εἶναί τινας τοὺς τῶν ἀποστολικῶν σῴζοντας χαρακτῆρα, ὧν εἷς καὶ αὐτὸς τυγχάνεις, δι' οὓς οὐδέπω ἡ κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων ἐξενήνεκται ψῆφος.

Ἀγαθῷ πρεσβυτέρῳ. ιη.

Ὁ θειότατος τοῦ πατρὸς, ὦ σοφώτατε, ὅρος τε καὶ λόγος. ἄνευ γὰρ προοιμίου ἐπὶ τὴν ἑρμηνείαν χωρήσω. ὠδίνω γὰρ τὸ νενοημένον εἰπεῖν, εἰ μεταγενέστερος, ὥς φασιν, οὐκ ἀΐδιος· εἰ δ' ἀΐδιος, ὥς φαμεν, οὐ μεταγενέστερος. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἴδιον καὶ χαρακτηριστικὸν τῆς θείας φύσεως, ὡς τὸ ἀΐδιον· τὸ μὲν οὖν ἀπαύγασμα, τὸ συναΐδιον ἐμφαίνει. ὁ δὲ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τὸ ἐνυπόστατον. ὁ δὲ λόγος, τὸ ἀπαθές τε καὶ ἀσώματον. ὁ δὲ υἱὸς τὴν ἰδιότητα, καὶ τὴν ὁμουσιότητα. ἐξ ἑκάστου γὰρ τὸ χρήσιμον ἐρανιζόμενοι, τὸ λοιπὸν χαίρειν ἐῶμεν, ὅσον τῇ θείᾳ οὐ πρέπει φύσει. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν γενητῶν τὸ πρὸ καὶ μετὰ, χώραν ἐχέτω. ἐπὶ δὲ τῆς σεπτῆς καὶ βασιλικωτάτης τριάδος, τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον, οὐκ ἔχει χώραν. καὶ ἀριθμοῦ γὰρ καὶ χρόνων, τὸ θεῖον ἀνώτερον.

Ἀθανασίῳ πρεσβυτέρῳ. ιθ.

Εἰ μηδὲν πλέον τοῦ γράμματος νομίζει τὸν νομοθέτην εἰρηκέναι ὁ πρὸς σὲ, ὡς ἔφης, διενεχθεὶς ἰουδαῖος· εἰπὲ πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἐλέγχουσιν ὑμῶν τὴν

ἀπαι-

ἀπαιδεύτοι οἱ δύο ἄνδρες οἱ μετὰ τὴν τοῦ χριστοῦ παρουσίαν συγγραφεῖς παρ' ὑμῖν γεγονότες· Φίλων ὁ θεωρητικώτατος, καὶ Ἰώσηπος ὁ ἱστορικώτατος. ὁ μὲν πᾶσαν σχεδὸν τὴν παλαιὰν, εἰς ἀλληγορίαν τρέπων, ὁ δὲ διαῤῥήδην γράφων, τὰ μὲν αἰνιττομένου τοῦ νομοθέτου δεξιῶς. τὰ δὲ, ἀλληγοροῦντος μετὰ σεμνότητος· ὅσα δ' ἐξ εὐθείας λέγεσθαι συνέφερε, ταῦτα ῥητῶς ἐμφανίζοντος. εἰ μὲν γὰρ προενέγκοιμεν προφητικὰς ῥήσεις τοῦτο ἐγγυωμένας, παρερμηνεῦσαι καὶ παραποιῆσαι οὐκ ὀκνήσουσιν. εἰ δ' ἀποστολικὰς ἀποφάσεις τε, καὶ ἀποδείξεις, καὶ ἑρμηνείας παραχαράττεσθαι τολμήσουσι δυσσεβῶς. τὰς δὲ τῶν παρ' αὐτοῖς δοξάντων σοφῶν μαρτυρίας παραχαράττεσθαι, οὐκ ἂν εἶεν δίκαιοι.

Chriſti aduẽtum apud vos literarum monumenta condiderunt, nimirũ Philo contemplator egregius, & Ioſephus inſignis hiſtoricus: ille, dum vniuerſum penè vetus inſtrumentum ad allegoriam trahit, hic dum ad hunc modum loquitur: Legiſlatore alia commodè ac ſcitè innuente, alia cum grauitate allegorico ſenſu exponẽte, ea denique omnia, quæ rectè ac planè dici vtile erat, ad literam indicante. Nam ſi propheticas voces, quibus id confirmetur, proferamus, eas peruerſa interpretatione intorquere ac deprauare minimè videbũtur. Atque item ſi Apoſtolicas ſententias, & demõſtrationes atque interpretationes, eas impiè reiicere, haudquaquam dubitabunt. At eorum, qui apud ipſos ſapientiæ atque doctrinæ exiſtimatione floruerunt, teſtimonia ab ipſis repudiari, haud profectò æquum fuerit.

Ἑρμογένει ἐπισκόπῳ. κ.

Τῆς θείας καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἡ ἱερωσύνη ὥσπερ μέση καθέστηκεν, ἵνα τὴν μὲν θεραπεύῃ, τῇ δὲ μεταβολὴν ἐργάζηται κρείττονα. εἴ τις τοίγαροῦν ταύτης μεῖζον φρονεῖ, οὐδὲ φρόνησιν ἔχειν μοι δοκεῖ.

Hermogeni Epiſcopo. 20.

Inter diuinam & humanam naturam ſacerdotium velut medium interiectum eſt, vt illam colat atque obſeruet, hanc autem in melius commutet. Quocirca ſi quis eo ſublimiùs ſentit, ne mẽtis quidem & prudentiæ particeps eſſe mihi videtur.

Τῷ αὐτῷ. κα.

Οἱ ἅγιοι, ὦ σοφώτατε, τὰς ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς τῶν κινδύνων ὑπερβολὰς, ἐφόδιον μείζονος εὐδοκιμήσεως ἔχουσιν.

Eidem. 21.

Viris ſanctis, ſapientiſſime vir, grauiſſima quæque pericula, quæ virtutis cauſa adeunt, maioris gloriæ materiã præbent.

Ἰσιδώρῳ διακόνῳ. κβ.

Ὥσπερ ἵνα καὶ ἐναργεῖ παραδείγματι χρήσωμαι, Ἱερουσαλὴμ· ὅτε μὲν τῇ θείᾳ συμμαχίᾳ ὥπλιστο, ὀρθὴ ἑστῶσα ἀπονητὶ καὶ ἀναιμακτὶ τὰ τρόπαια ἵστη. ὅτε δὲ ταύτης διὰ τὸ ἐπιλυττῆσαι κατ' αὐτῆς, ἐστέρητο, πῦρ πολέμιον αὐτὴν ῥαδίως ἔκλινεν. οὕτω καὶ ψυχὴ, ὅταν μὲν τῇ ἄνωθεν ῥοπῇ δι' εὐστάθειαν τρόπων περιφράττηται, ῥα-

Iſidoro Diacono. 22.

Quemadmodum Hieruſalem (vt perſpicuo exẽplo vtar) cùm diuino auxilio munita & armata erat, recta ſtans citra laborẽ & cruorem trophea ſtatuebat, cum autem hac, propterea quòd aduerſus eã inſaniiſſet, ſeſe ſpoliabat, hoſtilium flamma eam nullo negotio proſternebat: eodem modo anima quoque, ſi diuina ope propter morum conſtantiam ac modeſtiam ſepta &